

Folium lviij

peccatum. Quarto si appetitus edendi est cum libidine \ vt qñ nimio et finali affectu inheret delectationi cibi. z hoc est peccatum mortale. Quinto si ducitur in consuetudinem talem que facit totam vitam hominis delectationibus huiusmodi deputari. hec tam vicina sunt mortali peccato q̄ ebrietas ad apostolo inter peccata mortalia computatur. Ebrietas tamen quandoq̄ veniale est vt quando vltra necessitatem quis accipit s̄m tamen mensuram imperceptibilem. Quando vero quis egreditur a mensura perceptibili s̄m rationem bene ordinatam ad discernendum. z hoc in tali mensura ex qua euertitur status mentis effrenata libidine. quando hoc deo preponit tunc peccat mortaliter. Si quis autem alium inebriat sc̄z inuitans eum ad potum intendens statum mentis eius euertere. z facit hoc in eius nocumentum peccat mortaliter \ quia magis auferit ei q̄ si auferret bonum aliquod temporale. quia vltimum rōis ei tollit. Luxuria ex suo genere ē peccatum mortale q̄ ē adra illud p̄ceptū. Nō mechaberis. Cōcupia luxurie distinguit̄ septē modis. Primus est cum concupiscentia constat in primo motu tantum. z sic est veniale peccatum. Secundus cum sequitur cōsensus in delectationem sed non in opus z sic est mortale. Tertius est cum cōsentitur etiā in opus. z sic est iterum mortale. Quartus modus est cum concupiscentia non solum tenetur in corde sed pascitur visu. z sic iterum est mortale. Math. v. Qui viderit mulierem concupiscendum eam r̄c. id est hoc animo et fine attendat eam vt ipsam concupiscat. Quia s̄m Augustinum hoc nō ē iam titillari sed plene cōsentire libidini. Bene etiam dicitur ad concupiscendum eam. quia si aliquis videret mulierem vt rem pulchram et vltius non procederet. tunc vel nullum esset peccatum. vt solum peccatum curiositatis. Quintus modus est in stultiloquio vt cum quis mulierem procat vel propter libidinem habet cum ea familiaria colloquia z est peccatum mortale. Sextus modus vocatur ab apostolo turpitudō. Glosa. vt in osculis z amplexibus hoc est mortale z tanto grauius precedentibus quanto magis per talia libido attenditur propter nimiam approximationem ad ignem. Notandum q̄ tangere mulierem preter intentionem non est peccatum. similiter tangere cū intencōne s̄z ex necessitate. vel tangere ex libidine. vel osculari ad se non pertinēte. peccatum est mortale. Septimus modus est cum concupiscentia procedit in opus. z hoc constat esse mortale. Nota q̄ est differentia inter primos motus generatiue z nutritiue. quoniam primus motus in generatiua semper peccatum est. nisi per sacramentum matrimonij excusetur. sed non in nutritiua. quoniam potentia concupiscibilis non tantū corrupta est in nutritiua sicut in generatiua. De hac materia require magis supra titulo proximo vbi agitur de speciebus luxurie.